



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

8. Ut Episcopus cum paucis suam parroechiam circumeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

rum, & qualiter quæcunque officia in Ecclesia peragant. Et si rectè quidem invenerint, Deo gratias ; sin autem minimè , docere debent ignoros , & hoc omnimodis præcipere , ut sicut antiqui canones jubent , ante dies viginti baptismi ad purgationem exorcismi catechumeni currant. intra quos viginti dies omnino catechumeni symbolum , quod est *Credo in Deum*, specialiter doceantur.

Quid laicos docere oporteat.

Ex eod. Con-
cilio Bracar.
2. c. 1.

Postquam ergo suos Clericos discuterint vel docuerint Episcopi , alia die , convocata plebe ipsius Ecclesiæ , doceant illos ut errorem fugiant idolorum vel diversa crimina , id est , homicidium , adulterium , perjurium , falsum testimonium , & reliqua peccata mortifera , & quod nolunt sibi fieri , non faciant alteri , & ut credant resurrectionem omnium hominum & diem judicij , in quo unusquisque secundùm opera sua recepturus sit. Et sic postea Episcopus de Ecclesia illa profiscatur ad aliam.

Ut Episcopus cum paucis suam parrœchiam circumeat. *Ex Concilio Toletano*
tit. v.

Concil. Tolet.

7. c. 4.

Burchard. lib.

1. c. 86.

VIII. Cùm Episcopus suam diocesim visitat . nulli præ multitudine onerosus existat , ne unquam quinquagenarium numerum evasionis excedat , aut amplius quàm una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. [*Vide Concilium Valentinum III. cap. 17.*]